

φιάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ. Scribendum, σχεθεῖν, mutato accentu. Σχεθεῖν enim aoristus est. Εὐθριάζειν dedit B. ipso Porsono auctore. Iterum adeunda Censura ed. Butlerianae.

Ver. 28. *Tοιαῦτ' ἀπηγόρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου.* ^{Ἐπηγόρω} cod. Mediceus. Vera scriptura, ni fallor, est ἐπηγόρου. Eurip. Ilec. 476. *Tίν' αἰτίαν σχὼν, ἡς ἐπηγόρομην ἔγώ.* Idem sensu non dissimili Iph. Taur. 529. *Πρὸν γὰρ θαυμῆν σε, τοῦδ' ἐπανρέσθαι θέλω.* Incertus apud Athen. p. 336. B. *Μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ'* ²²⁸ *ἐπανρέσθαι χρεόν.* Andocides, p. 75. ed. Reisk. a Stanleio allegatus: *Εἴτι οὐμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπανρέσθαι.* Male apud Hesychium legitur ἐπανράσθαι, sed grammatici, opinor, potius quam librarii vitio. Recte ἀπολαῦσαι interpretatur, sed postea medium formam saepius confundit cum activa ἐπανρεῖν, quae Atticis non videtur in usu fuisse. Praesens est ἐπανρέσθαι, neque ipsum in Atticorum scriptis hodie obvium.

Ver. 39. *Τὸ ξυγγενές τοι δεινὸν, ἦ θ' ὁμιλία.* V. 793. ^Ἡ κάμε γάρ τι ξυμφοραῖς ἐπαιτιᾶ; Omnes edd. ante Porsonum τὸ συγγενές et τὶ συμφοραῖς praebent. Quam scripturam post brevem vocalem ubique praetulerim, nisi in initio versus, et ubi altera forma metro necessaria est. V. 495. *Κνίσῃ τε πῶλα συγκαλυπτά·* καὶ μακρὰν Porsonus et B. ut vulgo.

Ver. 42. *Ἄει γε δὴ νηλῆς σὺ, καὶ θράσους πλέως.* Haec scriptura Brunckio debetur. In Aldina αἰεὶ τε δὴ legitur. Sed omnes fere codd. pro τε habent τὶ vel τοι. Scripsit fortasse Poëta: *Αἴ,* *αἴ,* *τὶ δὴ νηλῆς σὺ καὶ θράσους πλέως;* Saltem non de nihilo est, quod in initio senarii αἰεὶ per diphthongum scriptum habent vulgati libri.

Ver. 49. *"Απαντ' + ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.* ^{Ἐλεύθερος} γὰρ οὕτις ἐστὶ πλὴν Διός. Quid in animo habuerit Porsonus, incertum est. Nihil mutant libri. Abreschii conjectura, ἐπρώθη, ne Graeca quidem est. Sed erit fortasse qui cum Stanleio conjectat ἐπράχθη, hac significatione: *Nulla conditio ab aerumnis libera, praeter summum imperium, quo solus potitur Jupiter.* Quae verba non male Vulcani de sua conditione querimoniis respondent. Vocem autem ἐπράχθης, quod per ἐπίπονος recte explicat Hesychius, apud Tragicos non reperi, qui eodem sensu ἀχθεινὸς usurpant.

Ver. 51. *"Εγνωκα, + τοῖσδε κούδεν ἀντειπεῖν ἔχω.* ^{"Εγνωκα,} καὶ τοῖσδ' οὐδὲν B. ex ingenio. Facilior emendandi ratio erat, τοῖσδε τ' οὐδέν. Sed malim, deleta copula: *"Εγνωκα τοισίδ' οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.* De dativo τοισίδε vide ad v. 234.

Ver. 85. *Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα Καλοῦσιν.* αὐτὸν γὰρ σὲ δεῖ Προμηθέως, "Οτῷ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης,